

Gamelbd.

010

de,

DOCTRINA SINE MORIBVS HOMINE INDIGNA.

67

PROLVSIO

QVA AD TRES

DECLAMATIONES

DIE INSTAVRATIONIS RELIGIONIS MEMO-
RIAEC SACRO

BENIVOLE AVDIENDAS

HUMANISSIME INVITAT

CAROLVS HENRICVS SINTENIS

AA. LL. M. LYCEI TORGAVIENS. RECTOR.



LIPSIAE

EX OFFICINA IACOBÆERIANA.

MDCCLXXX.

DOCTRINA ET MORALIS HOMINIS INDICAT

HOMO

ET A SA TERRA

DEGLAMATIONS

DE INSTAVRATIONE RELIGIONIS HOMINI

RITUALI

ET A SA TERRA

IN VINCIBILIA INITAT

CAROLAE HERBICAE SINTENS

ET A SA TERRA



1626
MDCCLXXVII
ZU GOTTES HERRLICHKEIT
ANNA MARIA LUDWIGA DABRECKEN



IVVENES

IN SPEM RELIGIONIS, PATRIAЕ, ET PARENTVM
SVCCRESCENTES,
MIHIQVE AMANTISSIMI.

Qui rerum ad palaestram pertinentium cognitionem, *ipso usu edocti*, teneant, eaque de causa verum accuratumque de laboribus, cum vita scholastica coniunctis, iudicium ferre didicerint, eos in uniuersum omnes de longe grauioribus difficultatibus *in fingendis iuuenum moribus*, quam poliendi illorum *ingenuis*, querimonias movere, persuasissimum habeo. Negari non potest, *in erudienda literisque formanda mente permulta* saepe, et magna impedimenta oblici, quae non tam ex magistri in instituendo disciplina proficiisci debeant, quam potius virium iuuenilium diuersitati, rerumque tractandarum indoli adscribenda videantur. Praeceptor enim nisi a bonis literis satius instructus, docendi facultate praefstans, et a laboris assiduitate patiens est, sibi ipse quidem varias et ingentes creare potest molestias, sed querelae eius de acrumnis, *in ingeniorum conformatione* perferendis, non dignae sunt, quae fidem aut commiserationem mereantur, *nulli muneri administrando minus*, quam *scholasticо*, natus, ne lentam mortem oppetat, bonisque literis, et iuuentu dolendae plus obsit, quam profit, abeat ex hoc ergastulo, et quamcunque aliam viuendi condicione.

tionem eligat, fortasse fieri potest, vt publicae saluti alia ratione consilere possit. Ingeniorum vero imbecillitas, pro sapientissima Dei in distribuendis animi dotibus prouidentia, nonnunquam tanta est, vt innumeræ fere in dissipandis mentis tenebris a magistro auferenda sint salebrae, et rerum tradendarum subtilitas, quamvis, dilectu illarum instituto, captui iuuentutis accommodatissimæ a gravioribus sollicite secernantur, saepe tamen nos vexat, si, quæ vñquam in vires humanae cadere possit, perspicuitate res intelligendas tam prope menti iuuenili admouere volumus, vt accurate percipiatur. **SOCRATIS** veſtigia premens, animorum obſtetrii ſimilis, non corporis caſigator, fit mihi in docendo ſcholæ praecceptor, nec virgis, nec baculo demonſtrationis facilis inefl, quid? quod, animus ad ſordes abiectus, et ſolis munera reditibus, non eius grauitati, mercenarii atque opificis ſellularii more, intentus, ad iſtiusmodi feruiles animaduertiones conſugit, popularitate vero, et reliquis perspicuitatis impetranda remediis, ſi vtimur, ſtatiu animaduertimus, quantæ difficultates, quan- taue moleſtiae in imbuendis ingenitis cum vita, in ſcholis quæ degiturn, arctiſſime ſint connexæ. His vero confeſſis, animum nunc inſixum habeo moribus iuuenum, ad honeſtatis urbanitatisque rationem fingendis, quos vna et conſentiens omnium in ludis docentium vox eiusmodi eſſe pronunciat, vt illorum emendatio plus laboris, quam mentis cultura, facelat. Ego, Iuueni Charifini, non coactus mu- neris mihi demandati taedio, neque dolore quodam ex morum uestrorum improbitate atque negligentia incitatus, haec, et quæ ſequentur, profero, minime, vos noſis animum meum, et ſaepē ex me auditis, muneriſ, ſi quæ ſint, moleſtias mihi ſubleuari obedientia uestra, amo- reque uestro, nihil minus perſuafſimum habeo, multorum ſcholæ magiſtrorum querimonii fidem non omnem eſſe denegandam. An- imus enim humanus, iudice **SENECA**, natura eſt contumax, et in con- trarium arduumque nitens, ut nullum animal inueniatur morofius, nul- lumque maiori arte trahandum, quam homo, hinc facile intellectu eſt, maximæ fere cautionis, et propeniodum religionis eſſe, multos aequa- lium uestrorum, eosque aetatis aefti feruſcentes, effrenisque cupidita- bus indulgentes, blandis, honeſtis tamen, artibus ita regere, vt, quod facere coacti debeant, id honeſtatis utilitatisque ratione commoti, ſpon- te et lubenter ſibi faciendum putent. **Nos omnes**, inquit **CICERO**, trahimur et duicimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua ex- cellere, pulchrum putamus, labi autem, errare, neſcire, decipi, et malum,

malum, et turpe ducimus, iuvenes igitur, hac naturali sciendi cupiditate incensi, multum laboris in ipsorum mente erudienda praeceptori fidelis minuant, sed voluntatis morumque emendandorum cura, ob similem quandam iniuriam atque infitam ad omne nefas atque insipium proclivitatem, tanta saepe sollicitudine docentem affliger potest, ut vires illius, ne penitus opprimatur, vix pares inueniantur. Nonnunquam porro iuvenes, ipsorum parentum negligentie educationi atque disciplinae quam diu sunt reliqui, omnibus vitiorum, tam ex animi levitate, quam petulantia atque malitia oriundorum, fordibus inquinantur, et tenerae indulgentisque matris blanditiis, moribusque corruptissimis adsuetae, scholae publicae committuntur, quantae igitur artis, quantae prudentiae est, illos in officio continere? in honeste indecoraque agendi consuetudine atque facilitate quadam inde a pueritia contracta, ad urbanitatis honestatisque sensum obduruerunt, molli et nimis facili parentum indulgentia depravati, effrenique licentia, quidvis libuerit, impune faciendi, a tenera inde aetate usque petulantiae suae peruersaque lubidini, disciplina scholastica coercitae, tam multa amplius non permitti adeo indignantur, ut in ipsorum morum ferocitate domanda, vix dici possit, quantum taedi praeceptoribus sit devorandum. Huic accedit, quod mentis ignorantium atque stuporem nullo modo, morum vero prauitatem exercitatissima astutia dissimilare possunt. Sint enim callidissimi in occultanda inficitia, adhibeant omnia subdia, quae intelligentiae atque eruditonis cuiusdam opinionem laudemque ipsis comparent, praeceptor, si, prima responsione audita, non acquiescit, sed nouas quaestiones ex illa elicit, facili negotio pigritia et simulatae scientiae documenta inuestigabit, sed in celandis moribus, iisque agrestibus et lasciuis, tam versuti, tamque dolosi et prouidi sunt, ut demissis oculis, incurvato capite, vultu graui, voce debili, honesto corporis habitu, lento incessu, fidia reverentia, et, quae sunt alia, eaque innumera iuuentutis artificia, vel sagacissimum, et in explorandis animis experientissimum decipere possint. Quid deinde de finistris judicis et reprehensionibus dicam, quibus ipsi parentes, non omnes, sed nimis lenes atque blandi, compensant scholae magistris follertialem prudentiemque in corrigendis liberorum moribus disciplinam? nonne multi parentes, pro nostrae aetatis mollitie, atque infelicitissima domesticae educationis ratione, eo in magistros et liberos sunt animo, ut illos, si prohibendi puniendique potestate usque conuiciis auge iniuriis, impudentissimorum saepe mendaciorum

plenissimis, proscindant, hor, ob exultantem petulantiam ferocien-
temque contumaciam in schola punitos, domum recipient, illosque
receptos in sinu molliter foueant? perpendatis haec omnia, *Iuuenes*
Charissimi, et persuasum habere possum, vos non amplius in dubita-
tionem vocaro, quin multorum aequalium uestrorum mores ad huma-
nitatem atque elegantiam multo maiori difficultate sint formandi, quam
quae in illorum ingenii imbuendis scholarum magistris obitci possit.
Longissime absum, vt de more querularum anicolarum, aliorum au-
res miseris querelis iaciendi obtundam, sed, quo magis renissa, de-
fidiosa, et secors est praeiens aetas in liberis honeste et prudenter edu-
candis, eo plures de iuuenili pertinacia atque rusticitate querimoniae
a praceptoribus ut audiantur, necesse est. Operae igitur preium pu-
tavi, *vobis*, *Iuuenes Amantissimi*, his maxime temporibus, quibus
omnia in externa quadam viuendi elegancia posita creduntur, *morum*
urbanitatem atque modestiam ideo grauiori adhuc ratione commendate,
quia DOCTRINAM SINE MORIBVS HOMINE INDIGNAM CEN-
SEO, et, pro tenerima, qua semper in *vos* ferar, animi propensione,
nihil ardenter in optatis habeo, nisi hoc, *vobis* ut persuasissimum sit,
me, sicuti omnibus aliis laboribus, ita HOC ETIAM SCRIPTO
SCHOLASTICO, vehementissimo uestrae felicitatis confirmandae te-
neri desiderio.

Antequam vero ad ipsam morum honestorum necessitatem, eamque
comprobandum, progredior, statim ab initio huius commentationis
opus est, vt vberiori oratione maiorique perspicuitate *vobis* indiceam,
quo sensu sumuntur *mores*, siue, quae vis atque potestas illorum pro-
bitati bonaetque indoli in praefentia tribuatur, ne quis uestrum putet,
mihi, de hoc argumento dicturo, sermonem esse de blanda illa vani-
tate atque opinata morum venustate, quae nostris in circulis, ad ho-
diernae aetatis mollitiem inanemque verborum luxuriam compositis,
obtinet. Duplici ratione mentis cogitata explicabo, tam, vt intelligi-
gatis, quae a *morbis*, quos iuuentuti commidendem, remoueam, quam,
quae ad ea referam, quibus vera illorum continetur humanitas. Teste
SENECA epist. XXXVI. ARISTON mallese, aiebat, adolescentem tri-
stem, quam hilarem, et amabilem turbae, vinum enim fieri bonum, quod
recens durum et asperum visum sit, non pati aetatem, quod in dolio
placuerit, et vix verbis a me exprimi potest, quantum voluptatem,
quoties hunc locum perpendo, perpendo autem quam saepissime,
exinde

exinde percipiam, quod hic antiquitatis philosophus eadem de iuuenium *moribus* censuit, quae mihi, contra aetatis praesentis, eiusque elegantissimae, persuasionem, semper stauduenda visa sunt. Prudentissimus hic animorum iuuenilium explorator nolebat adolescentem hilarem et amabilem turbae, quae verba tam perspicua, et ad vniuersumque intelligentiam tam apte concepta sunt, ut nemo innenatur, quin sentiat, eiusmodi adolescentem intelligi, qui ad consuetudinem hominum, tunc temporis viuentium, eorumque comitatatem, arte quadam sit compositus, quique putida feminaria, formosos oculis venantium, venustate morum captandae gratiae *mollium delicatorum*unque hominum inferuiat, *tristem* vero adolescentem malebat, non illum, qui crinibus hirsutis et erectis vagisque per collum pendentibus horret, aut vestibus hinc inde laceratis incedit, aut ob manus, sordibus oppletas, ob grauem animam, dentiumque nunquam purgatorum immunditatem intolabili est, sed potius illum, qui, non moroso et distorto vultu, sed graui et leuero, neque difficulti et molesto, sed virili et constante corporis habitu, morumque conuenientia *prudentioribus* gratus et amabilis sit. Neque aliter, si religioni atque integratitudine confulere voluit, de optima iuuenium indole iudicare potuit diligenterius hic educationis auctor. Quemadmodum enim nostris temporibus pernulti parentes reperiuntur, qui eo indulgentiae crudelissimae progrediantur, ut existimant, se disciplinae domesticae dulcissimum uberrimumque fructum esse percepturos, illam si ad aetatis praesentis rationem sensumque de venusto et decoro exigant, sic idem de huic philosophi saeculo, et parentibus, tum vitam degentibus, dici poterat, sed certissimum est, parentes, neque olim, neque nunc, in se ipsos, in liberos, et in totam rem publicam magis impie et injuriosius agere posse, quam eadem hac negligente, et quodammodo dissoluta educatione. Adsuefaciunt enim liberos cuidam levitati atque arrogantiae, ut pernulta, quae longe impares sunt honestatis, iuxta actumanda arbitrentur, et, quia opinatae quandam, usu nimirum receptam, morum liberalitatem iam naucti sibi videntur, omnibus iis succenfent, qui actionum sermonumque turpitudinis ipsos conuincere velint, in scholam vero aliquam missi secundum afferunt cultum quandam, cui non semper *legum scholasticarum* *gravitas* respondere potest, quique, iustae disciplinae auctoritate coercitus, ipsis aut literarum artiumque ingenuarum auctorationem, aut desiderium excitat, ut quam primum ab immanni scholarum tyrannide, duroque ingo liberentur. Multo melius, mihi

VIII

mihi credite, *Amici*, salutique *vestrae* conuenientius est, *vestra* si in-
 stitutio, *morum ratione* habita, rigori cuidam et *temperatae* feueritati,
 nequaquam vero saeculi humanitat, congruens est. Quaelibet aetas,
Iuuenes Amantissimi, dulcia sua habet vitia, quorum cognitionem nun-
 quam tarde *vos* consequimini, quaelibet aetas freна laxiora sibi per-
 mitti cupit. Quodsi igitur hac commentatione, ad rem scholasticam
 pertinente, *vobis, Iuuenes*, in spem Religionis, Patriae, et Parentum
 lucentibus, *morum urbanitatem atque elegantiam, vestrae* felici-
 tatis studio, eoque solo, impulsus, iterum iterumque iniungendam
 puro, non loquor de *moribus* illis, qui lubricae atque molli aetati no-
 strae sunt probatissimi, alioquin *iuuenes amabiles turbæ*, quos ART.
 STO N. nolebat, quosque ipse infelicissimos nomino, pictus viderer.
 Nostris temporibus, iisque sapientiae radiis collustratis, is dicitur *mo-*
ribus urbanis atque venustis ornatus, qui (*risum teneatis, Amici!*) in
 salutationibus honorificis frequenter dextrum sinistrumque pedem vi-
 cissim retrahit, et feminorum manibus, aut obducto manuum tegni-
 ni, incurvato capite, oscula imprimit, qui, liquore odoriferò perfu-
 sus, pileum exiguum, et serico infustum, sub sinistro lacerto tenet,
 qui vnguento naribus suauissimo madentes ciannorum fimbrias com-
 posuit, conarumque extremitates parvulo sacculo, in tergo pender-
 te, collegit, qui, reliquo corporis vestitu, eoque toto ad recentissi-
 muin morem composto, vnam sudarii oram ex vestis marsupio pro-
 tractam, gladium in candidam vaginam reconditum, et horologio tot
 crepundia affixa habet, vt, tintinnabulis instructus, procul audiri pos-
 sit, qui mox lento gradu incedit, mox saltat, pedumque digitis cur-
 sum accelerat, qui in circulis elegantiioribus multus est in blanditiis
 muliebrisbus, in sermonibus, ad calitatem violandam, ambiguis, di-
 caciatis scurrilis contra Religionem sanctissimam plenissimis, et ad
 illudendos acribe sale perfricandos absentes vberrimis, qui *bellis literis*,
 quae dicuntur, ingenium tam egregie nutritiuit, vt ex scriptis Roma-
 nensibus, ludis scenicis, et carminibus Anacreontis haustas suavitates
 in praesentium animos recitando transfundere queat, qui omnium lu-
 suum chartarum lusoriarum, aut tessellarum, atque aleae cognitionem,
 ad epularum satietatem interpolandam, tenet, qui ad chordarum so-
 num modulate cantandi, instrumentis musicis canendi, et orbem Au-
 glorium saltatorum versandi dexteritatem atque intelligentiam sibi com-
 paravit, et quae sint aliæ, eaque innumeræ artes, quarum ego, fa-
 cile ineptissimus rituum caerimoniarumque designator, egregie ruditis
 atque

atque expers sum; quarum vero is non potest non esse peritissimus, qui nostra aetate hanc famam ridiculam affectat, qua *morum venustate atque deliciae* praedicatur amantissimus. Mihi igitur, vt iam dixi, multo maioris constat vera et prudens *morum atque vitae elegancia*, has satuorum certitorumque ardelionum nugas atque ineptias *vobis*, *Iuuenies Charissimi*, regia via ad altioris fortunas cultum excitandis, falsis fictisque laudibus commendare, mihi religioni ducarem, ego, de *morum liberalitate* differens, illius potestatem atque indolem longe alter comparatam esse iudico, illamque nunc accuratius, breuiter tamen, describam. *Trifolum* adolescentem malebat ARISTON, quam *turbae amabilem*. Praeferebat igitur illum disciplinae alumnum, qui iuuenili quadam grauitate, atque constante et aequabili *morum contentientia omnium sapientiorum benivolentiae atque fauori operam dat*, eodemque vocabulo, quo adolescentem fibi probatissimum nominauit hic antiquitatis philosophus, in praesentia sic vor, vt viam mihi muniat ad explicandam notionem, quam cum *morum politiorum* praeflantia coniunctam esse censeo. *Mores eleganter formati*, me iudice, nihil aliud, nisi *vita honestatem atque humanitatem*, cum dignitate quadam *copulata*, complectuntur, cuius descriptionis singulae notae iam per se sunt tanta perspicuitate, illis vt non multum lucis adhuc inferendum videatur. *Honestatis*, quae per se placet, animosque omnium natura et specie sua commouet, quaeque, auctore CICERONE, cernitur in prudentia, iustitia, animi excellentis magnitudine, et in conformatione continentiae atque temperantiae, *honestatis*, inquam, quia verum et solum pretium actionibus humanis statuit, necessario in aestimandis hominum moribus habenda est ratio, nihil, praeter illam, propter se est expetendum, illamque qui violat, quamvis praeflentis aetas urbanitas non raro parum studiosa sit honesti, is nullo omnino modo moribus vere *venustus* laudari potest, sed *sapientioribus* contentionem et auersatione dignus videtur. Cultus humanus vero atque communis societas consuetudo cum varia vsu receperit, quae in factis et dictis, in corporis motu, et statu cernuntur, et quibus cura illa continetur, vt probemur iis, quibuscum vivimus, hinc *Humanitas* etiam, sive obseruantia comitatis atque mansuetudinis officiorum, illorumque rituum, qui in bene cultorum hominum concionibus obtinent, ad *mores liberales atque ingenuos* referenda est, ita tamen, vt cum dignitate quadam sit coniuncta, quae versatur in eo, vt blanda quidem, et gratiae conciliandae apta, nequaquam vero abiecta atque humiliis sit, vt ordini at-

que muneri respondeat, et gravitate atque constantia sapienter regatur. Hi igitur, *Iuuenes Dilectissimi*, sint mores, quos urbanos et elegantes, cosque solos, nominem, hi sint, quibus vos imbuendos esse, vobis persuasum cupiam. *Honestati* omnibus in actionibus et sermonibus consulatis, *humanitati* erga omnes omnino homines, cuiuscunque sint fortis atque conditionis, obtemperetis, sed ita, ut ab omni securili levitate, sive histrionum similitudine remoti, dignitatique cedentes omnia, nunquam ad aetatis delicatae abeatis ineptias! Hic nihil vtilius *ERASMI de ciuitate morum* libello, digno, qui a vobis diurna nocturnaque manu versetur. Monendi tamen estis, hominem limatissimi ingenii saepe mores temporum suorum secutum, hinc multis dat veniam, quae nunc ab honestate remota ponuntur. Nihilo minus pleraque pracepta communia reperiuntur, atque ipsi rationi tam consentanea, vt ab omnibus merito obseruentur, qui naturae velint humanae viuere conuenienter.

Num vero doctrina ad eiusmodi mores fingendos aliquid confert? num literarum artiumque ingenuarum vis atque praestantia tanta est, vt morum, ad hanc elegantiam colendorum, curam atque negotium subleuent? hoc alterum est, *Iuuenes Amantissimi*, quod nunc accusatus inquiramus. Quam amplius vero hic patet orationi campus! quanta mihi subministratur, ad augendas literarum laudes, libertas atque copia! vix mihi vim asserre possum, vt, quae satis largam integræ orationis materiem praeberent, in has angustias, quibus iam contineor, cogam atque reuocem, neque quenquam, nisi, qui aut ipsarum literarum eximia scientia ingenium poliendum neglexerit, aut vitiis rerumque humiliis folididarumque amore animum hebetarit atque indurarit, eo iniuritatis atque acerbitas in *Humanitatis studia* progreedi puto, quin, quod iam aliquot inde saeculis communè sapiensissimorum Virorum suffragio, ad commendandam in emendandis moribus artium liberaliorum disciplinam, constitutum, ipsoque ysu confirmatum est, optimo cuique largiendum censeat. Iam primum in iudicandâ vita morumque urbanitate maxime respiciendam esse *Honestatem*, in antecedentibus diximus, videamus igitur, quid adiumenta ad illam consequendam praestant literæ humaniores, quidque illis infit, quo *virtutis* admiratione explent discentium animos? vix mente concipi, verbisque exanimi potest, quantum in literis sit positum, quod ad animum *Honestatis* sensu agitandum inflammandumque conductere

ducere possit. *Præceptis saluberrimis* nobis cōmōnstrant bene vi-
vendi vias, excitant in animis nostris gloriae, a natura inditos, igni-
culos, nosque edocent, quantus sit in *virtute* splendor, quanta in *vi-
tis* deformitas, quae qui penitus imbibiterit, is nunquam non vitiū tur-
pitudinem fugiet, et officiū *Honestatique* rationē rebus omnibus
anteponet, *sententiis* porro, ad *virtutis* amorem, *improbitatisque* in-
dignationē inspirandam efficacissimis, bonam mentem bonumque
animū, quantum humanis artibus fieri potest, alunt atque roborant,
exemplis denique hominum, tam *virtutis* studiosorum, quam *vitiis*
atque *prauis facinoribus* inquinatorum, tam alte animis nostris impri-
munt *vitiī* calamitatem, felicitatemque cum *honestate* coniunctam, vt,
nisi sordidis cupiditatibus grauati, nihil praeter seruila curamus, *vir-
tutis* desiderio, *vitiī* odio vehementissimo exardeamus. Omnes alias
artes, quae vilioris sunt pretiī, animo perpendatis, *Iuuenes*, circum-
spiciatis omnia opificia illiberalia, num illorum quoddam reperitur,
quod efficiat, vt animis *tan prope* admoueat pectoris generosi cel-
fique maiestas atque grauitas? num vnuin est, quod rerum earum,
quas homines vulgo admirantur et appetunt, vel timent atque fogiunt,
vanitatem et contemnendam leuitatem, *virtutis* autem amabilem
praestantiam plane intelligere, ac mente sensuque comprehendere do-
ceat? cultoribus suis vitae necessitates, quid? quod, si benigna et mu-
nisca sunt, commoditatem tranquillitatemque praebent. ad permo-
vendos vero ipsorum animos, vt *honestatis virtutisque* excellentiam
sentiant, eiusque admiratione et delectatione afficiantur, per se tan-
tundem non conferunt. Solis igitur, si haec ita sunt, quae diximus,
solis literis atque doctrinae, praeter Religionem sanctissimam, haec
laus atque gloria conuenit, vt insillandae *honestati* maxime inferuiat,
ab his feminibus nasci, ab his radicibus succum atque alimenta trahere
potest *Virtus honestique studium*. Alterum, quod in iudicanda *morum*
elegantia spectandum censui, cernitur in *Humanitate*, sive cultu quo-
dam externo, eoque ad obseruantiam rituum atque officiorum, quae
in hominum consortione recepta sunt, composito, exploremus igitur,
num homines a literarum studiis huic quoque accommodentur, et quid
sit, quod artes nostrae hac etiam ratione ad *mores* formandos valeant?
ipsum nomen, quo studia humaniora insiguntur, nobis praefat, ma-
gnam illorum in dictis et factis hominum, ad *urbanitatem* exigendis,
esse efficaciam. Quis enim tam parum versatus est in cognoscendo
latinitatis ingenio, quin intellexerit, literas non solum ideo *Humanitatis*

nomine appellari, quia hominem deceant, aut, quia homo solus illarum capax sit, illarumque sciendi cupiditate ducatur, sed etiam hac ex ratione, quia totam naturam hamanam, mentem, animum, *more* *reique* expoliant, vt illarum ope, tanquam homines singamur, eoque latius ab animalibus, rationis expertibus, sciungamur? dicet aliquis: haec morum cultura, quae *Humanitatis* nomine literis vindicatur, certe non continetur *institutione quadam rituum atque caerimoniarum*, quarum diligentiam reverentia aliorum postulat atque exigit, sed in variuersum consilium in naturalis ferociae dissuasione, et impulsu ad officia, quae aliis hominibus, pro diuerso coniunctionis gradu, praestare debemus. Sed, quamvis facilis sim, in concedendo, istam, quam nostra in primis aetas verborum blandorum urbanitatisque luxuriam commendet, *humaniorum literarum* admixiculo non posse comparari, neque Musas esse *solemnium et rituum conformatio*nis magistras, quae nimiris verborum blanditiis fucos vendere doceant, hoc tamen contendere possum, illas, quia nos comes, benignos, faciles, manuetos, et suaves reddant, acclamantes nobis per CICERONEM suum: *dificile dictu*, *quontopere conciliet animos hominum comitas affabilitas que sermonis*, *quamque facile oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam alliciamus*, *blandaque sermones deliniamus*, illas, inquam, nos multo aptiores facere addiscendae vnicuique, quam vocamus, *Humanitati*. Fingatis vobis, *Iuuenes*, officinae sutrinae, ferrariae, aliarumque alumnos, pice et fumo obductos, et de illorum rusticitate, immodesitia, asperitate, ingenique in imitandis verbis, benignitatem spirantibus, tarditate indocilique natura ridebitis. Tertium denique, quod in censura *morum elegantias* considerandum est, versatur in *dignitate*, sive virili quadam gravitate, severitate, atque constancia, num igitur huic quoque comparcande consulit doctrina literarumque cultura? Ardua est via, fateor, *Iuuenes Amantissimi*, molestiarum ac sollicitudinis plena, quae per crebras, diuturnas, seueras, et constantes exercitationes ad exquisitam paratamque doctrinae facultatem ducit, sed ego nullam aliam scio, NEQUE ALIA ESSE POTEST. Ex ipsa rerum prope infinitarum multitudine facile iam intelligitur, quantum laboris, curae, et molestiae proponatur in contrahenda iusta cum illis familiaritate, vt praeflo sint, quoties earum opera vti possimus, tam late pate doctrinae ambitus, tam longum est curriculum, vt qui illius desiderio flagrat, continua exercitationis assiduitate adsuescere debeat, qua, nunquam intermittenda, tota hominis natura, tota ingenii laetitia

lascivia subigitur, rerumque humiliorum auersationi facilis et promta redditur. Maxima porro, quam non omnes subire et sustinere volunt, in assequenda accurata doctrina opus est severitate, qua omnia summa animi attentione ad principiorum subtilitatem, praceptorumque obseruantiam sunt reuocanda, quaque ingenii alacritas atque luxurians lenitas, quamvis aegre, in potestatem severae ac rigidae disciplinae redigitur, vt, hac quasi arena defatigata, omnisque tarditatis antea impatiens, coerceatur, et in eam consuetudinem adducatur, qua omnia in vita communis obvia sollicita quadam diligentia executiat. Non igitur veri simillimum est, hanc quoque doctrinae opportunitatem utilitatemque esse, vt, illi qui se dederint, in dirigendis *moribus*, ad comprobandum severitatem aliquam atque *constantiam*, proni habilesque fingantur? non concedendum videtur, qui exquisitae et diligentie eruditio tempus operamque consecrariat, eos omnes animi in colendis literis intentione non interrupta tantae *grauitatis* studiosos sensim paullatimque fieri, vt ab omnibus iis rebus abhorreat, quae ipsis in agendo et loquendo *indignae* sint, quaeque in comprehendis *moribus* levitati temeritatique respondeant? praelertim cum tot ante oculos positas imagines habeant virorum, iniuncta virtute conspicuorum. Nemo saltem *CATONIS* effigiem, ab *SALLVSTIO* tanta arte descriptam, contuebitur, quin eandem sibi firmitatem stabilitatemque optet, *moribus* tamen horridioribus remotis. Ex his omnibus simul sumit quis necessaria conclusione deducitur? hoc, vt permultum in doctrinae potestate ad poliendo mores sit possum, isque certissimo ad miniculo, ad vitam honeste et decore transigendam, nitatur, qui *bovarum artium* culturae labores assiduitatemque impenderit.

Nihilo minus saepenumero meminisis, *Iuvenes Charissimi*, vos audire, nunquam defuisse, neque adhuc deesse viros, qui, vt *amplius et accurata doctrina*, ita *morum asperitate atque immodestia*, reliquis hominibus praestare studeant? scire igitur vultis, quid, ad infringendam sententiam meam, laudesque eruditio minuendas, hoc argumentum contrarium conferat? ego nihil facilius ferre-didici, quam dissensum in opinonibus atque consiliis, certissimeque persuasum habeo, me nunquam, *Anici Suauiissimi*, ad eam sapientiam esse peruenturum, ad quam multi peruenisse sibi videntur, vt iniquum existimare possum, *non omnes omnino* idem, quod ego, statuere, sed de hac criminatione vehementer dubito, neque unquam animum inducere

potero, ut *influm illum feruorem fortemque animi constantiam*, qua non nulli, et priscinae, et nostrae aetatis, eruditorum ab impudentissimis atrocissimisque aduersariis veritatem defenderint, cum *ruficitate* atque *illiberalitate* confundantur, si vero illi, qui mihi hac in re aduersantur, tam obslinati, tamque pertinaces sunt, ut in opinione ementita persuerent, ego causam hanc querelatum ex longe aliis fontibus derivare, quam literis adscribere, malim. *Tertia* igitur huius prolationis pars occupata sit in eo, ut examinet, *unde* proueniant *dolii*, *illorum si quidam sint, sine moribus?* Iam primum, *Iuuenes Dilectissimi*, tanto odio flagro *Mechanisui in Humanitate*, ut culpam huius rei in illum transferam. Iste enim humanitatis, decoris, honestatis, pulchritudinis, dignitatisque sensum, quo distamus a bestiis, obruit atque extinguit, quo exstincto, totius vitae omnibus in rebus deformitas, ab humanitatis lege quam longissime aberrans, consequitur, ut, quemadmodum elegantia quaedam, per omnes vitae humanae partes fusa, existit, vbi hic gustus suis nutrientis alitur, artibusque idoneis acutetur, sic etiam, illo opppresso, et delecto, *morum* *facilitas* atque *venustas* impediatur et remoueat. Nisi proprius admouentur animis ea, in quibus insunt alti et magnifici de virtute, et decoro sensus, nisi sonores magnitudinis, honestatis, atque dignitatis aperiantur, et ad mensuram quandam elegantiae omnia dicta et facta exigere docetur, nisi eorum, quae perspicuum liberalitatis aut turpitudinis significationem habent, iudicium discentibus permititur, ut interrogantur, qualia ipsis quaque videantur, et quomodo placeant, aut dilplicant, tunc nunquam efficietur, ut sentiant viam honesti, et venusti, ut suos *mores* in loquendo et agendo ad eandem elegantiae mensuram, eundemque modum componant, et ut virtutis amore, vitique indignatione incendantur. Itaque si verum esset, ut eruditii reperiuntur, qui *morum illiberalitatis* essent accusandi, culpam huius mali in se admittere debent *Mechanisus*, hostis iste omnibus rebus pulchris. Praeceptores, quorum institutioni in iuuentute commissi fuissent, omnia in interpretatione oratorum, historicorum, et poetarum, ad emendandam *memoriam*, eamque solam, nihil ad *bonam mentem*, *bonumque animum* retulissent, non perpendentes, *illam esse* excitandam et roborandam, *hunc corrigendum* et *flectendum*, hinc nuncquam curam docendi eo directam habuissent, ut discentes honestum et decorum iudicando indagarent, et ad virtutis admirationem vitique detestationem commoverentur. Necesse igitur esset, ut ipsi hi eruditii, qui isliusmodi praceptorum

ceptorum miserabili disciplina quondam vni essent, exstincto omni elegan-
tiae et pulchritudinis sensu, nihil ad illius legem atque normam
fingere, neque vitam ipsam elegantiorum reddere possent. Litera-
rum enim morumque gustus talem inter se coniunctionem habent, vt
suum vim inter se communicent, et iisdem in locis semper habitent,
sitque iis commune quasi domicilium. Altera causa, si pro opinione
nonnullorum vere dicarentur reperiendi docti, qui sordidi et negligentes
in vita habitu atque moribus essent, latere deberet in *fastu* atque
arrogantia. Coactum nimicrum me vidarem, ista calumnia si iusta et
aequa esset censenda, credere, doctos vel adeo sitire posse doctrinæ
suae laudes, vt etiam ad plebeias artes descendant, per quas magnam
de se famam vel commouere, vel propagare conentur, excellentem
que doctrinam in quoconque genere esse tam obscuram, tam vilem,
tamque illiberaliem rem, vt non nisi abieciit et humilibus remedii celebri-
tati possit. *Omnis*, inquit CICERO, *arrogantia odiosa est, sed illa ingenii multo molestissima*, hinc per se iam haud difficile intellectu
est, in illa ipsa ambitione, quae omnibus artibus atque insidiis doctrinæ
præclaræ famam capet, vel maxima esse laudis atque gloriae
impedimenta. Qui enim tam cupide venantur eximiae intelligentiae
eruditioisque prædicationem, illi, quia constat, vt quisque sit do-
ctissimus, ita humanissimum esse debere, non solum peritis se suspe-
ctos reddunt, famamque, cui inhiant, minuunt potius, quam augent,
sed etiam odium auerterionque liberaliorum sibi confiant. Merca-
tores, qui nimis studiose et sollicite curant, vt diuites, omnique felici-
tatis abundantia instruti videantur, prudentibus saepe suspicionem
rei non optime comparatae mouent, et, qui in reliquos omnes eo in-
humanitatis progreditur, illos vt alto supercilio despiciat, is, siue sit
pumilio in monte positus, siue vel maximo ingenio præstantissimaque
eruditione quam longissime conspicuus, is, inquam, dignus est, quem
omnes odio atque contumacio perseguantur. Fieri igitur nullo mo-
do potest, vt perfusum habeam, illorum sententias pluris quid inesse,
praeter luorem atque iniuriam, qui contendere velint, viros artium
liberalium cognitione insignes inueniri, qui agrestes et barbari sunt
morum cultura. Haec enim accusatio, si veritati conueniens esset, *super-
biae et arrogantiae* vanitate niteretur, quae mihi tam absurdæ, inuisæ,
et absconditæ videtur, vt illam, quantum possum, ab *eiusmodi viris* remo-
veam. Tertia ratio, cur, si vera esset ista non honorifica opinio, vnu-
itemque alter illorum, qui nominis immortalitatem eruditione sibi
compa-

compararunt, morum elegantiae ruditis atque expers censeri mereretur,
 ex solitudinis amore esset deriuanda. PYTHAGORAS, qui, cum Su-
 perbo regnante in Italiam venisset, magnam illam Graeciam tum honore
 et disciplina, tum etiam auctoritate tenuit, cuiusque nomen multa saecu-
 la post sic viguit, ut nulli alii, nisi discipuli eius, docti videscantur, PY-
 THAGORAS igitur dicere confuevit: bene vixit, bene qui latuit, et
 eruditis tantopere probatur hoc dictum, philosophi ut toti sint in illo
 commendando. Animum enim rebus reconditis, earumque contem-
 plationi, affigentes, nihil studiosius, quam loca derelicta, et ab omni
 celebritate remota, quaerunt, vera ingenii nuttimenta, verumque
 animi pastum ex literis capientes solitudini operam dant, et haec quo-
 que est, quae suauissima in uitamenta dulcissimasque illecebras omnibus
 iis praebet, qui mentem ad perquirienda vera, animumque ad sentien-
 das bonarum artium venustates appulerint. Frequentia, scripsit CI-
 CERO ad Herennium, et obambulatio hominum conturbat et infirmat
 imaginum notas, solitudo vero conservat integras simulacrorum figuras,
 et quis est, quin ipso vnu edoctus sciat, nulquam cogitata, rerumque
 subtilium meditationes felicissim posse contineri, nisi, ubi sensus externi,
 illorumque motus cessent et quiescant, omnibus iis rebus, quae extra
 nos sint positae, et in quas sentiendi instrumenta incidere possint, pro-
 cul a nobis disiunctis? quae vero cum ita sint, quid inde oriti debeat?
 hoc, ut qui eruditae vitae totos se consecrarent, quique animum do-
 cestrini diuinis et humanis semper intentum habent, solitudine adsue-
 facti, fugient conuentus hominum, quibus si intersint, omnem morum
 difficultum asperitatem aerbitatemque facile mitigent? sibi dum viuent,
 aliis, et maxime aulicis, viuere ignorabunt, et, consuetudine cum
 cordibus suis contracta, vestitu et toto cultu incomposito horridi non
 sine risu et contentu hominum poliorum incedent, hac nostra in pri-
 mis aetate, eaque fastidiosa in spectandis rebus, quae non nisi in oculis incurunt. Sed absit, Iuuenes, ut de eruditorum moribus cultusque
 munditie in sinistram partem iudicem, ut persuasissimum habeam,
 omnes omnino doctos, ut mentis acumine et intelligentia, sic vitae
 honestate, humanitate, dignitate, adeoque morum elegantia, ceteris
 praestare hominibus. Quid vero? omnibus his allatis, nihil minus
 morosi isti et delicati eruditorum censores fortiter adhuc stant in ea-
 dem sententia? necesse igitur esset, ut praeconcepta denique opinio,
 decorum, pro variis gentibus varium, nihil solidi habere, aliquid con-
 ferret ad rusticitatem deformitatemque illam, quae notaretur in non-
 nullis

nullis horum virorum, eorumque moribus. Diuersas de honesto et turpi apud integras gentes reperiri opiniones, vt, quae ab aliis habentur indecora et humiliia, ea ab aliis laudi ducantur, rebusque decentibus annumerentur, hoc vel pueris nostris ex NEPOTIS lectione sat superque cognitum est, sed altius adhuc progredi possumus, docentes, inter homines, singulis aetatis in eadem ciuitate viuentes, tantam in iudicando morum cultu esse inconstantiam, vt repente in vestitu, cibis, suplectili, atque reliquo vitae habitu opiniones ciuium aequalium varias agitationes variasque vicissitudines habeant. Quomodo enim aliter euenire potest? omnia illa, quae a sensibus, minus caute adhibitis, et cupiditatibus originem trahunt, neque propriam, et naturalem, sed ab hominum studiis, commutationi obnoxiiis, commodata pulchritudinem habent, omnia illa perenni motu necessario mouentur et labefactantur, vt subito putetur deforme, quod honestum decorumque viuum erat, idque fastidiatur et repudietur, quod paullo ante expertum erat. Quid inde sequeretur? vi eruditii, qui in multo grauioribus rebus mente et animo occupati sunt, hac varietate incitati, omnia, quae ad externum vitae cultum referantur, deridenda censerent. Artes atque literae, in quas colendas omnibus animi viribus incumbunt, sibi insitam quandam, cui nihil detrahi potest, pulchritudinem habent, suosque amicos tot illecebris captos tenent, vt hi, quoniam ipsae nullis commutationum vicissitudinibus iactantur et variantur, perpetua et constante suauitate fruantur, hinc eiusmodi viris morum urbanitas, quae dicitur, tanto fastidio digna videri deberet, illam vt repudiarent, et, tanquam rem inutilem atque scurrilem abiciendam existimarent. Ego vero, vt saepius iam dixi, Iuuenes Delicissimi, nunquam permoueri me patiar, vt dubitem, quin si, qui aetatem in literis agant, quique praeclara doctrina et eruditione vera sint ornati, vitae ornamenta in moribus venustis posita, magni aestiment, tu, censor illorum nimis morose et delicate mollioris aetatis nostrae contagione infectus es, neque unquam in contrariam partem distrahere me poteris.

Miramini, Iuuenes Amantissimi, quid sit, quod me retineat, quo minus ad partes huius censoris transeam? mente concipere posse vos negatis, cur in obtinenda sententia tantae sim pertinacie tantaque fortitudinis? perpendatis igitur rationem, cuius gravitate commouitor, vt non possim non difficilis esse, cuiusque vberiori explicationi, quae sola

XVIII

sola adhuc restat, nunc operam dabo. DOCTRINAM SINE MORTIBVS HOMINE INDIGNAM judico, quod nisi statim vnumquemque aduersariorum meorum pronunt redit, vt leniorem sententiam dicat, mittat me velim, dubius et anceps sum, quid de eius animi indele sentiam. Verum hominis pretium non in sola mentis intelligentia, sed maxime animi integritate, cernitur. Multas et varias commendationes habet eruditio, in primis ea, quae non e compendiorum, quae dicuntur, riuius, iisque saepe hitulentis, sed fontibus ipsis, ducta est, quae illos fontes non tantum leuiter delibare, sed penitus haufire suadit, quae ad disciplinae leges seuere exacta, et ad certain normam, ut nunquam aberret, aut vagetur, directa est, nec quisquam reperiatur tam inhumanus, tam incultus, tamque barbarus, vt illi, qui eruditus habeti velit, etiam si nihil aliud, nisi honesta specie obdulcam ignorantiam, prae se ferat, et ad opinionem usque doctus sit, praestantiam aliquam reuerentiamque praeter reliquos homines deneget, sed haec cruditio, quae tantopere per se aestinanda est, multo maiori adhuc prædicatione admirationeque digna censeri meretur, si cum virtutis honestatisque studio coniuncta est, isque scientia instructus, qui simul probitatis amore, vitique odio incensus est, multo maiori cultu, majorique obseruantia est prosequendus. Quemadmodum enim illi, qui iter, præsertim longum, et nondum vnu notum, ingrediuntur, licet multarum rerum notitia atque copia indigent, ne in ipsa via retardentur, aut ab illa deflectant, omnia tamen frustra ea collegerunt, sine bona corporis valididine, alacritateque necessaria, qua omnium rerum tam inopia, quam difficultas superari potest, ita etiam in periculisissimo errore captus tenetur, qui verae felicitati suae satis superque consulauisse se putat, si magnatum rerum scientiam, et subtilitatem, copiosam, variamque doctrinam sibi comparavit, animi integritate et sanctitate negliget. Haec, Iunenes Charissimi, haec est firmitas illa, qua aduersus fortunae vtriusque vim, voluptatumque illecebras sustentamus, haec est recta animi validudo, quae ample et late patentis doctrinae defectum compensat et subleuat! Humilis et folidarum cupiditatum coeno oblitus ac demersus animus, quamvis amplissima exquisitissimaque cognitione sit instructus, hominis tamen dignitati perniciem detrahit, sola eruditio, nisi cum integro honestatis atque virtutis amore coniuncta est, nequaquam constituit verum hominis pretium, et sola animi integritas, etiam si minus lauta et diffusa, immo nulla omnino, eruditione sit ornata, plurimum ad angendani naturae

naturae humanae praestantiam confert. Ex hoc fonte, Amici, vera
hominis gloria manat, hinc generosas origines ducit; haec est,
quae felices, quae vere homines facit! Non igitur dicam, illum suam
dignitatem parum respicere, qui nullum honestatis ac turpitudinis, re-
rum bonarum et malorum, sensum animo artipere studeat? non di-
cam, illem doctrinam, se indiguum, sibi conciliare, qui, vt aptissima
et dignissima homine ornamenta, mores honesti atque probi, eruditioni
acquirenda accendant, nullam omnino operari dat? Talem, qui res
natura coniunctas segregat, acriter castigauit CICERO lib. II. Quae-
Tusc. vbi Philosophos vituperat, docentes aliter, aliter viventes: vt, si
Grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si absurde
canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso
peccet, cuius proficitur scientiam, sic Philosophus in ratione vitae pec-
cans hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse vult, labitur,
artemque vitae professus, delinquit in vita. Iam alterum, Iuvenes Di-
lectissimi, quod ad morum urbanitatem pertinet, cernitur in Humanitate,
sive obseruantia comitatis, mansuetudinis, atque officiorum,
reliquis hominibus praeflandorium, quacum nisi doctrina copulata est,
quid dedecoris, quid detrimenti assert? Soluit vinculum societatis huma-
nae. Non solae sunt vitae necessitates, quae subleuandae et minuen-
dae homines inicem conscient, sed a prouida summi Numinis cura
institutum atque innatum est hominibus studium quoddam, vt, quemad-
modum opum examina, non fngendorum favorum causa, sed, quia
congregabília natura sunt, congregantur, sic homines, ac multo etiam
magis, ad communem coniunctionem impulsi, solitudinem fugiant,
et consuetudinem amicitiamque contrahant. Hoc naturali impetu,
quo feruntur, vitæ suæ permultas suavitates afferunt, abripuntur
ad amorem mutum, et multa sibi comparant commoda, quibus sae-
penumero supercedere possunt, quae tamen ipsis haud ingrata sunt.
Sed ad confirmandam hanc generis humani copulationem, ad con-
stringendum hoc societatis vinculum, dici non potest, quid conductat
morum similitudo, aquabilis affabilitas, eadem benignitas, mansue-
tudo, atque elegancia! In quibus eadem sunt, inquit CICERO, studia,
eademque voluntates, in his sit, vt quisque altero aequo delectetur, ac se
ipso, efficiturque id, quod Pythagoras in amicitia ultimum putauit, vt
vnum fiat ex pluribus, idemque dicere possumus de Humanitatis mor-
rumque aequalitate. Barbarorum gentium, aut illarum saltem, quae
a nostra viuendi ratione, eiusque venustate remotae sunt, si vnum

itemque alter in nostras regiones peruenit, longe aliis moribus alioque vitae habitu iustructus, non statim sic capit nos, neque loquendi neque agendi modo sic tenet, vt eius consuetudinis desiderio flagremus, requiritur, vt temporis haud exiguum spatium praeterierit, ipseque *moribus nostris* adsueuerit, si aditum ad amicitiam familiaritatemque nostram sibi parare constituerit. Quid igitur de illa *doctrina* indicamus, *Iuvenes*, quae *morum politiorum*, in primis *Humanitatis*, expers atque rudis est? num ea videtur, quae *hominis dignitati* respondeat? audiamus eundem, quem paullo ante laudaui, *morum Romanorum* magistrum, qui in fine libri primi Officiorum haec praecepit: *vincit cognitionis studium coniunctio hominum atque communitas — ergo omnne officium, quod ad coniunctionem hominum, et ad societatem tuendam vallet, anteponendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur.* Discepit et dissecat *societatis vinculum*, quo Deus ipse constrainxit homines, tollit omnem consuetudinem atque amicitiam, auferit suavitates, quae vitam iucundiorem gratioremque reddunt, proscriptit et propellit amorem mutuum, homines multis commodis priuat, tam necessitati, quam commodati inferuentibus, adeoque *homine ipso*, qui consilio Dei societatis humanae utilitati atque saluti pro omnibus animi corporisque viribus consulere, omniaque ad illam stabiliendam et sustentandam conferre debet, *plane est indigna*. Doctus, qui libenter cum *mortuis hominibus* loquitur, omnium etiam viventium sit, nemo ab eius aditu, consuetudine, ac sermone sit exclusus, cum omnibus apte ad cuiusque dignitatem sermocinetur, alliciat ad se omnes, capiat adeuentes sermonum copia, varietate, comitate, et, *si res ac tempus patiuntur*, amoenitate, nihil in eo sit arrogantiae, aut fastidii, tam aduersus eos, quibuscum est, quam de quibus sermo incidit, de nemine detrahatur, demittat se infra aequales, aut minores ordine, atque doctrina, iuandi voluntatem sentiat, amicitiae fructum ponat in officiis, et absit denique longissime ab omni, quod illius labefactandae aut dissoluenda sit. Tertium adhuc superest, quod ad *morum munditatem urbanitatemque*, ut supra docuimus, requiritur, quodque versator in *Dignitate*, sive severitate atque grauitate, qua *Humanitas* temperetur, hanc si in erudito desideras, ipsi eius *doctrinæ* non minus multum præstantiae excellentiaeque subducitur, quam si contraria ex parte aggressis in *moribus negligentiae* est accusandus. Quotusquisque enim paullo humanior, nec plane oscitans *morum nostrorum spectator* est,

est, quin animaduerterit, hac nostra delicata, et quadammodo morosa in rebus externis aetate, permultos inneniri, qui, quamvis literis non studuerint, tamen vel *elegantissima morum venustate* sint ornat, et ab omnibus honestioris conditionis hominibus communi assensu tantum cultus diligentiam obseruari, ut quilibet in ingenii doctrinaeque mediocritate, si *morum urbanorum commendationem* habeat, facilius sibi adiutum ad aliorum fauorem atque beniuolentiam muniat, quam ii, qui et *ingenio praestantes*, et a bonis literis copiose instructi, ab his vero blandis animorum conciliandorum remediis sint destituti? non igitur omnibus iii elegantioribus diversorum ordinum hominibus *longe se inferiorem reddit eruditus*, qui sordibus suis delectatur? quis est, qui illum facile admittat, lubenter secum retineat, et consuetudine dignetur? verbo, nonne *indigna est homine doctrina sine moribus?* Sed adiut, *Iuuenes Charissimi*, adiut erudio vel summa morum, quae nostris temporibus tantopere praedicantur, ornamenta, si abiectum atque humilem se gerit, neque ullam omnino ordinis atque muneris sui rationem habet, sed scurrili levitati, histrioisque similitudini fludet, nonne etiam tali modo tam parum obtinenda suae praeter reliquos bonarum artium imperitos praefrantiae prospicit, vt hi preferendi videantur? homines, qui sine literis aetatem transigunt, ad ordinem vero honorandum aliquem referendi sunt, in dirigendis *moribus* suis saepenumero maxima prudentia atque cautione vtuntur, ne, cum sibi videantur aliquid, improuide loquendo et agendo committant, vt auctoritatis, quam sibi arrogant, iacturam faciant, aut, perinde quasi sint ciuitatis lumina, splendorem obscurant, amittantque lumen, quid igitur illi *eruditus* accidet, qui nullius grauitatis atque constantiae est, quique in dictis et factis non respicit ad veram, quae ipsi conuenit, amplitudinem? *eruditio* tribuendus est principatus quidam, quia veris animi bonis annumeranda est, hinc opus est, vt tam in iocandi genere, quod hilare, venustum, sed liberale sit, quam in omni corporis cultu atque habitu, qui abit a leuera circumforaneo, spectet eruditus ordinem, cui ipsi adscribendus est, nonne vero risui iocoque habetur ab illis imperioribus, si erga ipsos nimis submissi se gerit, si ipsos in otio atque circulis delectat nugis ac salibus inhonestis, si funambulum, artisticum theatralem, et in variis artibus ludicris exercitatum, imitans, risus captat, suaque dignitatis immemor, abiecta, sordida, atque humilia sectari se, aut simulat, aut comprobat? **INDIGNA EST HOMINE**

MINE ISTIVS MODI DOCTRINA, quæ non coniuncta est cum *honestate*, *humanitate*, et *dignitate*, sive *morum munditie* atque *elegan-
tia*. Auditis igitur, quibus hac *commentatione* præcipue gratificati
volui, audiatis, *Iuuenes Amantissimi*, me, felicitatis *vestrae* *ludi-
ciosissimum*, et *persuasum* *habeatis*, me *vos* intime atque *integerime* *dili-
gere*, dum nihil prius, nihil antiquius *vobis* *curandum* *suadeo*, quam,
vt *doctrinam*, cui comparanda *iuuentutem* *vestram* *consecratis*, cum
morum urbanitate atque *venustate* *arctissime* *copuleatis*. Fidelissime *vos*
adhortor, vt *Honestati* *studeatis*, *arma enim* non *tantum* *senectutis*, *sed*
totius vitae, *artes sunt exercitationesque virtutum*, deinde, vt *Human-
itati* erga omnes omnino homines, etiam insimos, obtemperetis, *hac*
vobis *ipsi* *sine duce* atque *comite aditum* *ad omnium hominum ani-
mos parabitis*, postremo, vt *Dignitati vestrae* *omnia* *concedatis*, *libe-
ralium enim*, non *sordidarum*, *artium cultores* *estis*, et *liberalissimus*
quisque, maxime si *probii* *inuenimini*, honore *quodam* *vor* *prosequi-
tur*, *huius igitur* *semper memoris sitis!* Poetae soli *Veneri* tres iungunt
Gratias, indicaturi, *venustatem* *per se* *parum posse*, nisi *blandi* *mores*
accesserint, nos cum *Minerua* quoque *Gratias* *confociemus*. Orator,
si vel optima *iuenerit*, recteque *composuerit* atque *eleganter*, mi-
nis placet, nisi *conformatio* *vocis* *genuumque apta* *res ac verba audi-
toribus* *commendarit*. Plurimi enim homines *sensibus* *ducentur* ma-
gis, quam *ratione*, in quibus aurium atque oculorum iudicium super-
bissimum est. Certe quoties infelices homines literatos, tanto nume-
ro ab hominibus doctis collectos, accuratius intueor, plerosque video
moribus *fortunae* *sue fabros extitisse*. Quamvis igitur *eſſe*, quam *vi-
deri*, praeflet, opera tamen nauanda, vt boni et *simus*, et *videamur*.

Indicandum nunc est propositum, quod huius prolusionis scho-
lasticae occasionem præbuit. Publica solemnitas, qua Sanctissimæ
Religionis inflationis memoriam, gratissimo animo, sacris in con-
cionibus nostris ienouamus, *tres* *Iuuenum* *nostrorum*, *quos intime*
diligo, permouit, vt publicis declamationibus ardentissimas Deo im-
mortali gratias agerent. Escendent in suggestum oratorium hoc
ordine:

I. IOANNES BERNHARDVS MEISNERVS, Schliebenensis Sa-
xo, ptimum religionis christianaæ principium, omnis felicitatis
fontem, commendaturus lingua patria.

II. CA.

XXIII

II. CAROLVS GOTTFRIED HESSIVS, Torgauiensis, utilitatem
ex aduersariorum in religionem conatibus comprobaturus *lin-*
gua latina.

III. CHRISTIANVS ERNESTVS GLASEWALDV, Wiede-
rauensis Saxo, de differentia religionis mentis atque pectoris
dicturus *lingua germana.*

Quos iuuenes, vt ANTISTES SACRORVM SVMME REVE-
RENDVS, SENATVS AMPLISSIMVS, SACERDOTES PLVRI-
MVM REVERENDI, PRAECEPTORES CLARISSIMI ET DO-
CTISSIMI, omnesque *Lycei* nostri FAVTORES HONORATISSI-
MI, crastino die, audita hora secunda post meridiem, beniuole au-
diant, obseruantissime et humanissime oro regoque.

P. P. Torgauiae, a. d. III. Kalendar. Nouembris
A. I. S. MDCCLXXX,

AB:155056

VD 18

ULB Halle
003 085 112

3



TA → SL
nur 75 Blatt /

VDT7

R

DE

DIE IN

CA

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue


Red

Magenta

White

3/Color

Black



DOC

67
MINE INDIGNA.

IONES

GIONIS MEMO-

s

TAT

SINTENIS

S. RECTOR.



I A N A.